

turçp f g partes sedecim cum tertia & duodecima, g h uero partes 23. semis cum tertia, at g k earundem 63. suppositoçp g pro æquinoctiali erit h nota, per quam scribetur qui per Syenem est, et medius fermè latitudinis parallelus. Fuero nota erit, per quam scribetur ille, qui australem terminat finem. K autem, per quam signabitur ille, qui positionem finit septentrionalem, caditçp per insulam Thylem. Deinde linea e f producatur usque ad l, ita quod tota linea f e l contineat earundem sectionem 181. dimidiem cum tertia, aut 180. tantum, nam propter hoc descriptio nil notat idignum uariabit, in cetroçp 1 & interuallis f & h & k circumferentias scribemus q k r & o h p & m f n, & sic propria ratio parallelorum, ad inclinationem per axim aspectuū seu uisu super planū obseruata erit. Quoniam & hic axis ad h declinare debet, & rectus esse ad tabula planum, ut rurus ex æquo oppositi fines descriptio- nis uisu comprehendendi possint. Vt au tem longitudo quoque commensurata sit latitudini (quoniam in sphæra qua lium est maximus circulus quinqz, tali um fermè parallelus per Thylem esse colligitur duarum cum quarta, qui uero per Syenem est, quatuor cum dimidia & duodecima: at qui est per Mero em quatuor semis cum tertia) oportet ex utraq parte f k meridianæ recte de cem & octo constitutere meridianos, per tertiam partem unius horæ æquinoctialis, ad complementum eorum, qui sub tota longitudine comprehenduntur. Semicirculorum autem æquivalen tia accipiemus segmēta, secundū quēli bet trīum expositorum parallelorum, tertīa partis horæ unius partes quinqz. Et à k quidem per duas partes & quar tam faciemus sectiones, qualium habe bamus e f rectam nonaginta: ab h uero per quatuor & dimidiā cum duodecima, & ab f per quatuor dimidiā cum tertia super eisdem. Deinde per æquivalentia tria signa scribemus cir cūferentias, que erūt pro reliquis me

ridianis, tanquam quæ totam terminet longitudinem s t u & x y z. Adim plebimus & eas quoque, quæ pro cæte ris erūt parallelis, rursus centro luten tes, distantia uero pro fiendis sectionibus, super linea f k iuxta distantias eo rum ad æquinoctialem. Quod uero talis descriptio sphærica formæ simili or sit quā prior, per se patet. Quoniam si sphæra fixa maneat, & non circum uoluatur, quod & tabulae contingit ne cessario, quin per medium descriptio nis uisus constituitur, unus quidem me dius & meridianus per axem aspectuū seu uisu in planū cadens, imaginatio nem recte prebet linea: q uero ex utra que huius parte sunt omnes, ad ipsum secundum concava conuersi apparēt, & magis illi, qui plus ab eo distant: quod & hic obseruabitur, cum decenti conuexitatū analogia pariter & com mensuratio cūferentiam parallelo rum adiuicem seruabitur, non solū ut inter illos qui sub æquinoctiali sunt & eum, qui per Thylem transiit, propria conseruetur ratio, sed & in alijs, ut quā rectissime quadrant, quemadmodum considerare licebit, ijs qui periculum sunt facturi. Quin et totius latitudinis ad totam longitudinem ratio seruanda est: & rursus, non solū illo parallelo, qui per Rhodū describendus est, quem admodum ibi, sed plane in omnibus fermē. Si enim & hic producamus s t u rectam, ueluti in priori figura, cūferentia h t minorem uidelicet rationem faciet ad f s & k u quam conueniat rationi descriptionis huius: ita ut secundum totam h t patiatur defectū. Si uero ipsam h t commensuratam faciemus k f latitudinis distantia, f s & k u maiores erunt Symmetrijs, ad f k. Quemadmodum ad h t. Si autem f s & k u commensuratas ipsi f k seruauerimus, h t minor erit commensuratione ad k f, quemadmodum ad k u & h t.

Ex his